

CLIT. Laudabis. *S.* Vide sis. *CLIT.* Tutemet mirabere.
S. Sed quàm citò sunt consecutæ mulieres!
CLIT. Scio, apud patrem: at nunc interim... *S.* Nihilo magis.
CLIT. Sine. *S.* Non sinam, inquam. *CLIT.* Quæso paulisper.
S. Veto.
CLIT. Saltem salutare. *S.* Abeas, si sapis. *CLIT.* Eo.
 Quid istic? *S.* Manebit. *CLIT.* O hominem felicem! *S.* Ambula.

Mulieres consecutæ, nos han alcanzado las mujeres.

Veto, habiendo dicho Clitiferon arriba tu es *judex*, Syro, haciendo de juez y tribuno, dice. *Veto*. Véase en los Ritos, Tribuno.

ACTUS TERTII

SCENA I.

CHREMES. MENEDEMUS.

C. Lucescit hoc jam: cesso pultare ostium
 Vicini? primùm ex me ut sciat sibi filium
 Redisse: etsi adolescentem hoc nolle intelligo.
 Verùm cùm videam miserum hunc tam excruciarier
 Ejus abitu, celem tam insperatum gaudium,
 Cùm illi nihil pericli ex indicio siet?
 Haud faciam: nam, quod potero, adjutabo senem,
 Ita ut filium meum amico atque æquali suo
 Video inservire, et socium esse in negotiis;
 Nos quoque senes est æquom senibus obsequi.
M. Aut ego profectò ingenio egregio ad miserias
 Natus sum, aut illud falsum est, quod vulgò audio

Lucescit hoc jam, ya va amaneciendo. *Cesso pultare?* ¿y me detengo en llamar á la puerta del vecino? *Tam excruciarier*, en tanto grado se aflige...

Cesso pultare ostium. Va Cremes de mañana á dar noticia á Menedemo de cómo ya ha vuelto su hijo de Asia, de lo cual Menedemo se alegra en gran manera, y

piensa condescender mas en adelante con su hijo, de lo cual le disuade Cremes.

Excruciarier, en lugar de *excruciar*.

Dici, *Diem adimere ægritudinem hominibus*;
 Nam mihi quidem quotidie augescit magis
 De filio ægritudo: et quantò diutius
 Abest, magis cupio tantò, et magis desidero.
C. Sed ipsum foras egressum video: ibo, alloquar.
 Menedeme, salve: nuntium adporto tibi,
 Cujus maxumè te fieri participem cupis.
M. Numquidnam de gnato meo audisti, Chreme?
C. Valet, atque vivit. *M.* Ubinam est, quæso? *C.* Apud me domi.
M. Meus gnatus? *C.* Sic est. *M.* Venit? *C.* Certè. *M.* Clinia Meus venit? *C.* Dixi. *M.* Eamus, duc me ad eum, obsecro.
C. Non volt te scire se rediisse etiam; et tuum
 Conspectum fugitat, propter peccatum: tum hoc timet,
 Ne tua durtia illa antiqua etiam aducta sit.
M. Non tu ei dixisti ut essem? *CH.* Non. *M.* Quamobrem, Chreme?
C. Quia pessumè istuc in te atque in illum consulis,
 Si te tam leni et victo esse animo ostenderis.
M. Non possum: satis jam, satis pater durus fui. *C.* Ah!
 Vehemens in utramque partem, Menedeme, es nimis,
 Aut largitate nimià, aut parsimonià:
 In eandem fraudem ex hac re atque ex illà incidet.
M. Ita me di amabunt, faciat quod lubet:
 Sumat, consumat, perdat: decretum est pati,
 Dum illum modò habeam mecum. *C.* Si certum est tibi
 Sic facere, illud permagni referre arbitror,
 Ut nescientem sentiat te id sibi dare.
M. Quid faciam? *C.* Quidvis potiùs, quàm quod cogitas;
 Per alium quemvis ut des: falli te sinas
 Technis per servolum: etsi subsensi id quoque,
 Illos ibi esse, et id agere inter se clanculum.
 Syrus cum illo vostro consurrat: conferunt
 Consilia adolescentes: et tibi perdere

Diem adimere, que el tiempo quita las pesadumbres á los hombres. *Ut essem?* ¿como estaba? esto es, cuán afligido. *Vehemens*, extremado eres en las dos cosas, Menedemo, ó por demasiada condescendencia, ó por severidad; en el mismo escollo darás por este camino y por aquel. *Si certum est*, si estás resuelto. *Etsi subsensi*, aunque he oido que están en ello y tratan entre sí en secreto. *Adolescentes conferunt*, los dos jóvenes comunican entre sí sus intenciones...

Talentum hoc pacto satius est, quàm illo minam.
 Non nunc pecunia agitur; sed illud, quo modo
 Minimo periculo id demus adolescentulo.
 Nam si semel tuum animum ille intellexerit,
 Priùs proditurum te tuam vitam, et priùs
 Pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium: hui!
 Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris!
 Tibi autem porrò ut non sit suave vivere!
Nam deteriores omnes sumus licentiâ.
 Quodcumque inciderit in mentem, volet: neque id
 Putabit pravom an rectum siet quod petet.
 Tu, rem perire et ipsum, non poteris pati.
 Dare denegaris? Ibit ad illud illico,
 Quo maxumè apud te valere sentiet:
 Abiturum se abs te esse illico minabitur.
M. Videre verum, atque ita, uti res est, dicere.
C. Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis,
Dum id quaero, tibi qui filium restituerem.
M. Cedo dexteram, porrò te idem oro, ut facias, Chreme.
C. Paratus sum. M. Scin', quid nunc te facere volo?
C. Dic. M. Quod sensisti illos me incipere fallere,
 Id ut maturent facere: cupio illi dare
 Quod volt: cupio ipsum jam videre. *C. Operam dabo:*
Syrus estprehendendus, atque adhortandus mihi.
 A me nescio quis exit: concede hinc domum,
 Ne nos inter nos congruere sentiant.
 Paululum hoc negoti mihi obstat: Simus et Crito
 Vicini nostri hic ambigunt de finibus:
 Me cepere arbitrum: ibo, ac dicam, ut dixeram,
 Operam daturum me hodie non posse his dare:
 Continuò hic adero. *M. Ita quaeso. Di vostram fidem,*
Itan' comparatam esse hominum naturam omnium,
Aliena melius ut videant et dijudicent

Quantam fenestram, cuánta ocasion le habrás dado para la maldad, tanto que á tí te será amarga la vida. *Ibit ad illud*, inmediatamente acudirá á aquello. *Videre*, me parece que tú... *Syrus estprehendendus*, á Syro lo he de llamar aparte. *A me*, de mi casa. *Concede hinc domum*, vete de aquí á tu casa...

Tibi perdere talentum, pone aquí el poeta una cantidad determinada por otra indeterminada.

Continuò hic, éntrase Cremes y sale para decir que ya se ha desocupado.

Quàm sua? an eò fit, quia in re nostrâ aut gaudio
Sumus præpediti nimio, aut ægritudine?
 Hic mihi quantò nunc plus sapit, quàm egomet mihi!
C. Dissolvi me ociùs, operam ut tibi darem.

Dissolvi me, me he desocupado.

SCENA II.

SYRUS. CHREMES.

S. Hac illac circumcursa, inveniendum est tamen
 Argentum, intendenda in senem fallacia.
C. Num me fefellit, hosce id struere? videlicet
 Ille Clinix servus tardiusculus est;
 Idcirco huic nostro tradita est provincia.
S. Quis hic loquitur? perii: numnam hæc audivit? C. Syre,
S. Hem.
C. Quid tu istic? S. Rectè: equidem te demiror, Chreme,
 Tam manè, qui heri tantum biberis. *C. Nihil nimis.*
S. Nihil narras? visa verò est, quod dici solet, aquilæ senectus...
 Sed Clinia patrem habet avidum, miserum, atque aridum,
 Vicinum hunc; nostin? at quasi is non divitiis
 Abundet, gnatus ejus profugit inopiâ.
 Scin' esse factum, ut dico? *C. Quid ego nesciam?*

Hac illac, no hay que andar en rodeos; el dinero ha de encontrarse, y se le ha de urdir al viejo el engaño. *Tardiusculus*, es algo bobo. *Provincia*, el encargo de buscar el dinero. *Rectè*, nada. *Aquilæ senectus*, lo que se suele decir, la vejez del águila. *Aridum*, mezquino...

En esta escena hace Cremes lo que le habia encargado Menedemo, á saber, que se buscasse algun medio para que su hijo tuviese dinero. Se ve el carácter de los criados. Syro habla sólo sin advertir que Cremes le escucha.

Provincia, esta palabra significa la obligacion de desempeñar bien cualquiera comision. Dieron el nombre de provincias á las regiones distantes de Italia, tomando la eti-

mología de *procul vincendo*.

Aquilæ senectus, este es un proverbio contra los viejos que beben mas que comen. Porque las águilas por lo comun mueren de hambre, pues llegando á ser viejas, les crece de tal manera la parte superior del pico, que encorvándose con la inferior no lo pueden abrir, y así solo pueden beber y chupar la sangre de los animales que cogen.

Hominem pistrino dignum. *S.* Quem? *C.* Istum servolum
 Dico adolescentis. *S.* Syre, tibi timui malè.
C. Qui passus est id fieri. *S.* Quid faceret? *C.* Rogas?
 Aliquid reperiret, fingeret fallacias,
 Atque hunc difficilem invitum servaret senem.
S. Garris. *C.* Hæc facta ab illo oportebat, Syre.
S. Eho, quæso, laudas qui heros fallunt? *C.* In loco,
 Ego verò laudo. *S.* Rectè sanè. *C.* Quippe quia
 Magnarum sæpe id remedium ægritudinum est:
 Jam huic mansisset unicus gnatus domi.
S. Jocon' an seriò illæc dicat, nescio:
 Nisi mihi quidem addit animum, quò lubeat magis.
C. At nunc quid exspectat, Syre? an dum hinc denuò
 Abeat cùm tolerare hujus sumptus non queat?
 Nonne ad senem aliquam fabricam fingit? *S.* Stolidus est.
C. At te adjuvare oportet adolescentuli
 Causâ. *S.* Facilè equidem facere possum, si jubes:
 Etenim quò pacto id fieri soleat, calleo.
C. Tantò hercle melior. *S.* Non est mentiri meum.
C. Fac ergo. *S.* At heus tu! facito dum eadem hæc memine-
 ris,
 Si quid hujus simile fortè aliquando evenerit,
 Ut sunt humana, tuus ut faciat filius.
C. Non usus veniet, spero. *S.* Spero hercle ego quoque:
 Neque eò nunc dico quòd quidquam illum senserim:
 Sed si quid, ne quid: quæ sit ejus ætas, vides,
 Et næ ego te (si usus veniat) magnificè, Chreme,
 Tractare possim. *C.* De istoc, cùm usus venerit,
 Videbimus quid opus sit: nunc istuc age.
S. Nunquam commodiùs unquam herum audivi loqui:
 Nec, cùm malefacerem, crederem mi impuniùs
 Licere: quisnam a nobis egreditur foras?

Hominem pistrino, hombre digno de dar vueltas á una piedra de tahona. *Syre, tibi timui*, ó Syro, y como temí no lo dijese por tí. *Difficilem*, de mala condicion. *Garris*, te chanceas. *Ad senem*, ¿urde algun engaño al viejo? *Non usus veniet*, espero no sucederá esto. *Sed si quid*, pero por sí ó por no, ya ves qué edad tiene (esto es, ya ves que es mozo). *Nec cùm*, ni jamás creeria que con mas seguridad pudiera yo hacer mal.

Pistrino, de pinso-is.
Nisi mihi quidem, la palabra nisi

se toma en este lugar por *sed*, como sucede muchas veces en Terencio.

SCENA III.

CHREMES. CLITIPHO. SYRUS.

CH. Quid istuc quæso? qui istic mos est, Clitipho? itane fieri oportet?
CL. Quid ego feci? *CH.* Quàm molestus?
 Ut equidem (ita me di ament) metui quid futurum denique esset.
 Ego de me facio conjecturam: nemo est meorum amicorum hodie, apud
 Quem expromere omnia mea occulta, Clitipho, audeam.
 Apud alium prohibet dignitas: apud alium ipsius facti pudet:
 Ne ineptus, ne protervos videar: quod illum facere credito.
 Sed nostrum' st intelligere, atque utcumque, ubicumque opus sit, obsequi.
S. Quid istic narat? *CL.* Perii! *S.* Clitipho, hæc ego præcipio tibi?
 Hominis frugi et temperantis functus officium. *CL.* Tace, sodes.
S. Rectè sanè. *CH.* Syre, pudet me. *S.* Credo, neque id injuriâ:
 Quin mihi molestum est. *CL.* Pergin? *S.* Hercle, verum dico quod videtur.
CL. Nonne accedam ad illos? *CH.* Eho! quæso, una accedundi via est.

Ne ineptus, por no parecer necio ó desvergonzado; mas á nosotros toca conocer de qué manera y en donde convenga no enfadar á los amigos. *Ego hominis frugi*, yo que he desempeñado ya la obligacion de un hombre de bien y comedido. *Tace, sodes*, calla por tu vida. *Neque id injuriâ*, y esto con razon. *Nonne accedam*, ¿pues yo no los he de tratar? *CR.* Ola! pregunto, ¿pues qué no hay sino un medio de tratarlos?...

NOTA. *Quid istuc*, Chremes re-
 prende á su hijo lo descompuesto
 que estuvo en el convite, y pregunta
 á Syro si ha urdido ya algun engaño

á Mendeemo para sacarle el dinero.
 El dialogismo es muy natural, vivo
 y característico en las personas que
 le componen.

S: Actum est, hic prius se indicarit, quam ego argentum effecero. Chreme,
 Vin' tu homini stulto mihi auscultare? CH. Quid faciam?
 S. Jube hunc
 Abire hinc aliquò. CL. Quò ego hinc abeam? S. Quò lubet: da illis locum.
 Abi deambulatum. CL. Deambulatum? quò? S. Vah, quasi desit locus.
 Abi sanè istac istorsum, quò vis. CH. Rectè dicit, censeo.
 CL. Di te eradicent, Syre, qui me hinc extrudis.
 S. Censen' vero? quid illum porrò credis facturum, Chreme, Nisi eum, quantum di dant tibi opis, servas, castigas, mones?
 CH. Ego istud curabo. S. Atqui nunc, here, hic tibi asservandus est.
 CH. Fiet. S. Si sapias: nam mihi jam minùs minùsque obtemperat.
 CH. Quid tu? ecquid de illo, quod dudum tecum egi, egistin' Reperisti tibi quod placeat? an nondum etiam? S. De fallacià
 Dicis? est, inveni nuper quamdam. CH. Frugi es. Cèdo quid est?
 S. Dicam: verùm ut aliud ex alio incidit. CH. Quidnam, Syre?
 S. Pessuma hæc est meretrix. CH. Ita videtur. S. Imò si scias.
 Vah, vide quod inceptet facinus: fuit quædam anus Corinthia Hic: huic drachmarum hæc argenti mille dederat mutuum.
 CH. Quid tum? S. Ea mortua' st: reliquit filiam adolescentulam:
 Ea relicta huic arrhaboni est pro illo argento. CH. Intellego.

S. Esto es hecho, este ya se declaró antes que haya podido pillar el dinero (esto lo dice Syro aparte). *Istorsum*, hácia allá. *Di te eradicent*, destruyante los dioses. *Censen'*, ¿qué te parece? *Quantum di*, con cuanta autoridad y poder te han dado los dioses. *Minùs, minùsque*, cada dia menos. *Frugi es*, eres hombre de provecho. *Ut aliud ex alio*, como ha sucedido uno despues de otro. *Vah, vide, ya, ya...* advierte la picardía que ha maquinado. *Quid tum?* ¿y qué sucedió? *Ea relicta huic*, ella ha quedado por prenda de aquel dinero...

Arrhaboni: *arrhabo* significa propiamente aquella prenda que suele darse en confirmacion de algun con-

trato, la cual prenda se llama *arrhas*.

S. Hanc secum huc adduxit, eaque est nunc ad uxorem tuam.
 CH. Quid tum? S. Cliniam orat, sibi uti nunc det, illam illi tamen
 Post daturam: mille nummùm poscit. CH. Et poscit quidem?
 S. Hui!
 Dubium id est? CH. Ego sic putavi: quid nunc facere cogitas?
 S. Egone? ad Menedemum ibo: dicam hanc esse captam e Carià,
 Ditem et nobilem: si redimat, magnum inesse in eà lucrum.
 CH. Erras. S. Quid ita? CH. Pro Menedemo nunc tibi ego respondeo:
 Non emo. Quid ais? S. Optata loquere. CH. Atqui non opus est.
 S. Non opus est? CH. Non hercle verò. S. Quid istuc? miror.
 CH. Jam scies.
 Mane, mane; quid est, quod tam a nobis graviter crepuerunt fores?

Optata loquere, habla á mi gusto: di que sí. Pero! si no la necesita. *Quid istuc?* me admiro de que digas eso. *Mane, mane*, aguarda, aguarda.

Fores crepuerunt. En las comedias de Terencio y Plauto se usa mucho esta expresion, porque siendo la mayor parte de ellas traducidas del griego, conservan la costumbre de los Griegos, entre los cuales se abrian

las puertas hácia fuera. Así los que salian de las casas daban antes golpes en la puerta, para que los que pasaban por la calle se apartasen y no recibiesen algun daño con las hojas al abrir.

ACTUS QUARTI

SCENA I.

SOSTRATA, *matrona*. CHREMES. NUTRIX. SYRUS.

SO. Nisi me animus fallit, hic profectò est annulus quem ego suspicor,
 Is, quicum exposita est gnata. C. Quid volt sibi, Syre, hæc oratio?

Quicum exposita, con el que mi hija fué expuesta...

Nisi, en esta escena se ve cuánto puede el amor materno para con los hijos, y cómo por ellos muchas veces no dudan desobedecer

las madres á sus maridos.

Quicum exposita: exponere pueros es propiamente abandonar á los hijos dejándolos recién nacidos en

SO. Quid est? isne tibi videtur? *N.* Dixi equidem, ubi mihi ostendisti, illico eum esse. *SO.* At ut satis contemplata modò sis, mea nutrix? *N.* Satis.

SO. Abi jam nunc intrò, atque, illa si jam laverit, mihi nuntia:

Hic ego virum interea opperibor. *SY.* Te volt: videas quid velit.

Nescio quid tristis est: non temerè: metuo quid siet. *C.* Quid siet?

Næ ista hercle magno jam conatu magnas nugæ dixerit.

SO. Ehem! mi vir. *C.* Ehem! mea uxor. *SO.* Te ipsum quæro. *C.* Loquere quid velis.

SO. Primum hoc te oro, ne quid credas me advorsum edictum tuum

Facere esse ausam. *C.* Vin' me istuc tibi (etsi incredibile est) credere?

Credo. *SY.* Nescio quid peccati portet hæc purgatio.

SO. Meministin' me esse gravidam, et mihi te magnopere dicere:

Si puellam parerem, nolle tolli? *C.* Scio quid feceris: Sustulisti. *SY.* Si sic est factum, domina, ergo herus damno auctus est.

SO. Minimè: sed erat hic anus Corinthia haud impura; ei dedi

Exponendam. *C.* O Jupiter! tantamne esse in animo inscientiam?

Si jam laverit, si ya se ha bañado. *Hic ego*, yo entretanto aguardaré aquí á mi marido. *Te volt*, te busca. *Næ ista*, ciertamente esa con grande aparato me dirá frioleras. *Hæc purgatio*, esta disculpa. *Nolle tolli?* ¿no querías que se criase? *Sustulisti*, la has criado. *Si sic*, si ha sido así, ama, á mi amo se le ha parado perjuicio. *Haud impura*, no de baja ralea...

cualquiera parte para que ó perezcan, ó alguna piadosa persona los recoja y los críe sin conocer á sus padres; y de aquí viene el llamarse estos tales hijos expósitos.

Non temerè, Siro quiere indisponer el ánimo de Cremes contra su ama, y mucho mas cuando dice luego, *si sic est factum, domina, ergo herus damno auctus est*, porque habiendo de gastar mucho di-

nero en colocarla, perdía la esperanza de poder sacar el dinero.

Sustulisti significa aquí criar, del verbo *tollo*, por la costumbre que en aquel tiempo tenían, pues al nacer el niño se lo ponían delante de su padre, y si este le levantaba en brazos, era señal de que quería se criase, y si no le levantaba le exponían.

SO. Perii! quid ego feci? *C.* Rogitas? *SO.* Si peccavi, mi Chreme,

Insciens feci. *C.* Id quidem ego, etsi tu neges, certò scio, Te inscientem atque imprudentem dicere ac facere omnia; Tot peccata in hac re ostendis: nam jam primùm, si meum Imperium exsequi voluisses, interemptam oportuit, Non simulare mortem verbis, re ipsà spem vitæ dare. At id omitto... misericordia, animus maternus... sino.

Quàm bene verò abs te prospectum est? quid voluisti? cogita. Nempe anui illi prodata abs te filia est planissumè, Per te vel uti quæstum faceret, vel uti veniret palàm.

Credo id cogitasti: « Quidvis satis est, dum vivat modò. » Quid cum illis agas, qui neque jus, neque bonum atque æquom sciunt?

Melius, pejus: prosit, obsit, nihil vident, nisi quod lubet.

SO. Mi Chreme, peccavi: fateor, vincor: nunc hoc te obsecro:

Quantò tuus est animus gnatu gravior, ignoscentior, Ut meæ stultitiæ in justitiã tuã sit aliquid præsidii.

C. Scilicet equidem istuc factum ignoscã; verùm, Sostrata, Malè docet te mea facilitas multa: sed istuc quidquid est, Quã hoc oceptum est causã, loquere. *SO.* Ut stultæ, et miseræ omnes sumus

Religiosæ, cum exponendam do illi, de digito annulum Detraho, et eum dico ut unã cum puellã exponeret:

Si moreretur, ne expers partis esset de nostris bonis.

C. Istuc rectè! conservasti te, atque illam. *SO.* Is hic est annulus.

C. Unde habes? *SO.* Quam Bacchis secum adduxit adolescentulam... *SY.* Hem!

Te inscientem, que todo lo dices y haces á tontas y á locas. *At id*, pero dejemos esto, la compasion, el amor de madre... basta. *Vel uti veniret*, ó fuese públicamente vendida. *Quidvis satis est*, cualquier estado le basta. *Melius*, lo mismo se les da por lo mejor que por lo peor, que aproveche, que dañe: no quieren mas que su gusto. *Vincor*, tienes razon. *Quantò animus*, que cuantos mas años tienes, tanto mas benignò seas conmigo, para que tenga algun refugio mi ignorancia en tu rectitud. *Quã causã*, pero sea lo que sea, di de donde ha tenido esto principio. *Religiosæ*, supersticiosas...

Et dico, ut exponeret eum unã cum puellã, en vez de exponeret puellam unã cum eo. Este es modo

de decir propio de la conversacion, semejaute á nuestro anacoluton ó inconsequiente.

Quæ mihi agritudinem afferat : tanta hæc lætitia oborta est. Dedo patri me nunc jam, ut frugalior sim, quàm volt.

S. Nihil me fefellit : cognita est, quantum audio hujus verba. Istuc tibi ex sententiâ tuâ obtigisse lætor.

C. O mi Syre, audistin' obsecro? *S.* Quid ni? qui usque unâ affuerim?

C. Cui æquè audisti commodius quidquam evenisse? *S.* Nulli.

C. Atque ita me di ament, ut ego non tam meapte causâ lætor, quàm illius, quam ego scio honore quovis dignam.

S. Ita credo; sed nunc, Clinia, age, da te mihi vicissim : Nam amici quoque res est videnda, in tuto ut collocetur :

Ne quid de amicâ nunc senex. *C.* O Jupiter ! *S.* Quiesce.

C. Antiphila mea nubet mihi. *S.* Siccine mihi interloquere ?

C. Quid faciam, Syre mi? gaudeo : fer me. *S.* Fero hercle verò.

C. Deorum vitam adepti sumus. *S.* Frustra operam hanc, opinor, sumo.

C. Loquere, audio. *S.* At jam hoc non ages. *C.* Agam. *S.* Videndum est, inquam,

Amici quoque res, Clinia, tui in tuto ut collocetur : Nam si nunc a nobis abis, et Bacchidem hic relinquis, Senex resciscet illico esse amicam hanc Clitiphonis ;

Si abduxeris, celabitur itidem, ut celata adhuc est.

C. At enim istoc nihil est magis, Syre, meis nuptiis adversum : Nam quo ore appellabo patrem? tenes quid dicam? *S.* Quid ni?

C. Quid dicam? quam causam afferam? *S.* Quin nolo mentiare :

Apertè, ita ut res sese habet, narrato. *C.* Quid ais? *S.* Jubeo, Illam te amare, et velle uxorem : hanc esse Clitiphonis.

C. Bonam atque justam rem oppidò imperas, et factu facilem, Et scilicet jam me hoc voles patrem exorare, ut celet

Dedo, ya desde hoy me pongo en manos de mi padre para ser mas moderado de lo que él quiere. *Cognita est*, ha sido conocida Antifila, segun infiero de las palabras de este. *Ex sententiâ*, conforme à tu deseo. *Da te mihi*, hazme tú este favor, como yo te lo he hecho, porque tambien se ha de ver como se pone cobro en el asunto del amigo. *Siccine interloquere?* ¿asi me interrumpes? *Fer me*, ten paciencia conmigo. *Adepti sumus*, estoy como un príncipe. *Quo ore appellabo*, ¿con qué cara se lo diré yo á mi padre? *Tenes quid dicam?* ¿estás en lo que digo? *Oppidò bonam*, muy buena...

Senem vostrum. *S.* Imò ut rectâ viâ rem narret ordine omnem. *C.* Hem!

Satin' sanus es, aut sobrius? tu quidem illum planè prodis.

Nam qui ille poterit esse in tuto? dic mihi.

S. Huic equidem consilio palmam do : hic me magnificè effero,

Qui vim tantam in me, et potestatem habeam tantæ astutiæ,

Vera dicendo, ut eos ambos fallam : ut cum narret senex

Voster nostro istam esse amicam gnati, non credat tamen.

C. At enim spem istoc pacto rursus nuptiarum omnem eripis :

Nam dum amicam hanc meam esse credet, non committet filiam.

Tu fortasse, quid me fiat parvi pendis, dum illi consulas.

S. Quid, malum! me ætatem censes velle id adsimularier?

Unus est dies, dum argentum eripio, pax! nihil ampliùs.

C. Tantum sat habes? quid tum, quæso, si hoc pater resciverit?

S. Quid, si redeo ad illos, qui aiunt : *Quid si nunc cœlum ruat?*

C. Metuo quid agam. *S.* Metuis! quasi non ea potestas sit tua, Quo velis in tempore, ut te exsolvas, rem facias palàm.

C. Age, age, traducatur Bacchis. *S.* Optumè...

Satin' sanus es, ¿estás en u juicio? *Palmam do*, á este pensamiento doy la primacia (esto es, este pensamiento me parece el mejor). *Non committet*, no me dará su hija por mujer. *Tu fortasse*, tú no haces caso de lo que será de mí, por mirar por tu señor. *Quid malum!* ¡qué diantres! piensas que ha de ser un siglo el tiempo que yo quiero que lo disimules. *Pax*, basta, ó acabóse. *Te exsolvas*, salir del enredo.

SCENA IV.

CHREMES. SYRUS.

C. Ita me di amabunt, ut nunc Menedemi vicem Miseret me, tantum devenisse ad eum mali.

Ita dii, así los dioses me ayuden...

Ita me, Cremes siente que posen tantos en casa de Menedemo, porque considera que grande será el

gasto, y alaba la astucia de Syro para que se conozca mejor cuanto se engaña.

Illancine mulierem alere cum illâ familiâ !
 Etsi, scio, hosce aliquot dies non sentiet :
 Ita magno desiderio fuit ei filius.
 Verum ubi videbit tantos sibi sumptus domi
 Quotidianos fieri, nec fieri modum,
 Optabit rursus ut abeat ab se filius.
 Syrum optumè eccum. *S.* Cesso hunc adoriri ? *C.* Syre !
S. Hem !

Quid est ? Te mihi ipsum jamdudum optabam dari.
C. Videre egisse jam nescio quid cum sene.
S. De illo quod dudum ? dictum ac factum reddidi.
C. Bonân' fide ? *S.* Bonâ hercle. *C.* Non possum pati,
 Quin tibi caput demulceam : accede huc, Syre ;
 Faciam boni tibi aliquid pro istâ re, ac lubens.
S. At si scias quàm scitè in mentem venerit.
C. Vah ! gloriare evenisse ex sententiâ ?
S. Non hercle verò, verum dico. *C.* Dic, quid est ?
S. Tui Clitiphonis esse amicam hanc Bacchidem
 Menedemo dixit Clinia, et eâ gratiâ
 Secum adduxisse, ne tu id persentisceres.
C. Probè. *S.* Die sodes. *C.* Nimium inquam. *S.* Imò si scias :
 Sed porrò ausculta quod superest fallaciæ.
 Sese ipse dicet tuam vidisse filiam :
 Ejus sibi complacitam formam, postquam aspexerit :
 Hanc cupere uxorem. *C.* Modòne quæ inventa est ? *S.* Eam,
 Et quidem jubebit posci. *C.* Quamobrem istuc Syre ?
 Nam prorsus nihil intelligo. *S.* Vah ! tardus es.
C. Fortasse. *S.* Argentum dabitur ei ad nuptias,
 Aurum, atque vestem, qui... tenesne ? *C.* Comparet ?
S. Idipsum. *C.* At illi ego nec do, nec despondeo.
S. Non ? quamobrem ? *C.* Quamobrem, me rogas ? homini...
S. Ut lubet.

Nec modum, y que no hay tasa. *Syrum optumè*, hétele aquí á Siro á muy buen tiempo. *Cesso*, ¿en que me detengo que no le emprendo ? *Te optabam*, ya hace tiempo que deseaba encontrarme contigo. *De illo*, ¿de lo que dije denantes ? como lo dije lo he hecho. *Bonân'* ¿de veras ? *Bonâ*, de veras, á fe mía. *Non*, no puedo menos de pasarte la mano por el cerro. *Et adduxisse*, y que por esto se la ha llevado consigo, porque tú no lo entendieses. *Dic sodes*, hablemos de veras : digo que está muy bien. *Vah ! tardus*, ¡vaya ! que eres pesado. Un poquito...

Non ego perpetuò dicebam ut illam illi dares,
 Verum ut simulares. *C.* Non mea est simulatio.
 Ita tu istæc tua misceto, ne me admisceas.
 Egon', cui daturus non sim, ut ei despondeam ?
S. Credebam. *C.* Minimè. *S.* Scitè poterat fieri :
 Et ego hoc quia dudum tu tantopere jusseras,
 Eò cœpi. *C.* Credo. *S.* Ceterum equidem istuc, Chreme,
 Æqui, bonique facio... *C.* Atqui cùm maxumè
 Volo te dare operam ut fiat, verum aliâ viâ.
S. Fiat : quærat aliquid, sed illud quod tibi
 Dixi de argento, quod ista debet Bacchidi,
 Id nunc reddendum est illi, neque tu scilicet
 Eò nunc confugies : « Quid mea ? nunc mihi datum est ?
 Num jussi ? num illa oppignerare filiam
 Meam me invito potuit ? » Verum illud, Chreme,
 Dicunt : *Jus summum, sæpe summa malitia est.*
C. Haud faciam. *S.* Imò, aliis si licet, tibi non licet...
 Omnes te in lautâ et bene actâ parte putant.
C. Quin egomet jam ad eam deferam. *S.* Imò filium
 Jube potiùs. *C.* Quamobrem ? *S.* Quia enim in eum suspicio
 est
 Translata amoris. *C.* Quid tum ? *S.* Quia videbitur
 Magis verisimile id esse, cùm hic illi dabit :
 Et simul conficiam faciliùs ego quod volo.
 Ipse adeò adest : abi, effer argentum. *C.* Efferò.

Oppignerare, prometer. *Omnes putant*, todo el mundo te tiene en reputacion de hombre poderoso y muy acaudalado. *Quin egomet*, antes bien yo se lo llevaré. Mejor es que mandes á tu hijo que lo lleve...

SCENA V.

CLITIPHO. SYRUS.

C. Nulla est tam facilis res, quin difficilis siet,
 Quam invitus facias : vel me hæc deambulatio
 Quàm non laboriosa, ad languorem dedit !
 Nec quidquam magis nunc metuo, quàm ne denuò

Vel hæc, aun este paseo no largo, ¡qué fastidioso me ha sido !...

Nulla est. Clitifon siente no haber visto á Baquis, y Siro le cuenta cómo ya tiene el dinero.

Miser aliquò extrudar hinc, ne accedam ad Bacchidem.
 Ut te quidem omnes di, deæque, quantum est, Syre,
 Cum istoc invento, cumque incepto perduint...
 Hujusmodi mihi res semper comminiscere,
 Ubi me excarnufices. *S.* I tu hinc quò dignus es:
 Quàm pæne tua me perdidit protervitas!
C. Vellem hercle factum: ita meritus. *S.* Meritus? quomodo?
 Næ me istuc ex te prius audisse gaudeo,
 Quàm argentum haberes, quod daturus jam fui.
C. Quid igitur tibi vis dicam? abiisti.
S. Jam non sum iratus, sed scin' ubi nunc sit tibi
 Tua Bacchis? *C.* Apud nos. *S.* Non. *C.* Ubi igitur? *S.* Apud
 Cliniam.
C. Perii! *S.* Bono animo es; jam argentum ad eam deferes,
 Quod ei pollicitus. *C.* Garris: unde id? *S.* A tuo patre.
C. Ludis fortasse me. *S.* Ipsâ re experibere.
C. Næ ego fortunatus homo sum! deamo te, Syre.
S. Sed pater egreditur, cave quidquam admiratus sies,
 Quâ causâ id fiat: obsecundato in loco:
 Quod imperabit, facito; loquitor paucula.

Cumque incepto, y con esta traza. *Quàm pæne*, ; que casi ha estado para perderme tu terqueria! *Ita meritus*, así lo has merecido. *Garris*, te burlas. *Obsecundato in loco*, condesciende con él oportunamente.

SCENA VI.

CHREMES. CLITIPHO. SYRUS.

CH. Ubi Clitipho nunc est? *S.* Eccum me, inque. *CL.* Eccum hic tibi.
CH. Quid res esset, dixtin' huic? *S.* Dixi pleraque omnia.
CH. Cape hoc argentum, ac defer. *S.* Hei, quid stas lapis?
 Quin accipis? *CL.* Cedo sanè. *S.* Sequere hac me ocius.
 Tu hic nos, dum eximus, interea opperibere:

Eccum me, aquí me tienes: di. *CL.* Heme aquí. *Sequere hac*, ven acá conmigo pronto...

Ubi Clitipho, Cremes da el dinero á Clitifon para que se lo lleve á Baquis.

Eccum me, responde Siro á Cremes, y en esto denota el miedo que

tiene de que se descubra el engaño. Estos toques de imaginacion para expresar y sostener los caracteres son el tormento de los poetas dramáticos.

Nam nihil est, illic quod moremur diutiùs.
CH. Minas quidem jam decem habet a me filia,
 Quas pro alimentis esse nunc duco datas:
 Hæsc ornamentis consequentur alteræ.
 Porrò hæc talenta dotis apposcunt duo.
Quàm multa injusta ac prava fiunt moribus!
 Mihi nunc, relictis omnibus, inveniendus est
 Aliquis, labore inventa mea cui dem bona.

Hasce, id est, *minas*, tras de estas irán otras para las galas: en verdad, esto requiere dos talentos para el dote. *Relictis omnibus*, dejados todos estos negocios.

SCENA VII.

MENEDEMUS. CHREMES.

M. Multò omnium nunc me fortunatissimum
 Factum puto esse, gnate, cum te intelligo
 Resipisse. *C.* Ut errat! *M.* Te ipsum quærebam, Chreme;
 Serva, quod in te est, filium, et me, et familiam.
C. Cedo, quid vis faciam? *M.* Invenisti hodie filiam.
C. Quid tum? *M.* Hanc sibi uxorem dari volt Clinia.
C. Quæso, quid tu hominis es? *M.* Quid? *C.* Jamne oblitus es
 Inter nos quid sit dictum de fallaciâ,
 Ut eâ viâ abs te argentum auferretur? *M.* Scio.
C. Ea res nunc agitur ipsa. *M.* Quid dixti, Chreme?
C. Erravi, res acta est. *M.* Quantâ de spe decidi!
C. Imò hæc, quæ apud te est, Clitiphonis est
 Amica. *M.* Ita aiunt. *C.* Et tu credis? *M.* Omnia.
C. Et illum aiunt velle uxorem, ut, cum desponderim,
 Des qui aurum ac vestem, atque alia quæ opus sunt, com-
M. Id est profectò, id amicæ dabitur. *C.* Scilicet (paret.
 Daturum. *M.* Ah! frustra igitur gavisus sum miser!

Resipisse, te has enmendado. *Quid tum?* ¿y qué? *Quid tu hominis es?* ¿qué hombre eres tú? *Res acta est*, ya no hay remedio. *Scilicet daturum*, no pongas duda en que se lo dará.

Multò omnium, esta escena comprende la accion, pues Menedemo se alegra de ver que su hijo quiera casarse con la hija de Cremes. Se

ve la credulidad de los viejos cuando se imaginan que las cosas van á su gusto.

Quidvis tamen jam malo, quam hunc amittere.
 Quid nunc renuntiem abs te responsum, Chreme,
 Ne sentiat me sensisse, atque ægrè ferat?
C. Ægrè? nimium illi, Menedeme, indulges. *M.* Sine,
 Inceptum est, perforce hoc mihi perpetuò, Chreme.
C. Dic convenisse, egisse te de nuptiis.
M. Dicam: quid deinde? *C.* Me facturum esse omnia:
 Generum placere, postremò etiam si voles,
 Desponsam quoque esse dicito. *M.* Hem! istuc volueram.
C. Tantò ocius te ut poscat, et tu id, quod cupis,
 Quàm ocissimè ut des. *M.* Cupio. *C.* Næ tu propediem,
 Ut istam rem video, istius obsaturabere.
 Sed hæc, ut ut sunt, cautim et paulatim dabis,
 Si sapias. *M.* Faciam. *C.* Abi intrò, vide quid postulet.
 Ego domi ero, si quid me voles. *M.* Sanè volo:
 Nam te sciente faciam quidquid egero.

Quid nunc, qué respuesta, pues, le diré que me has dado, para que no conozca que yo lo he entendido, etc. *Perforce hoc mihi*, haz por llevar esto al cabo para siempre. *Convenisse*, que me has hablado. *Generum placere*, que me parece bien el yerno.

ACTUS QUINTI

SCENA I.

MENEDEMUS. CHREMES.

M. Ego me non tam astutum neque ita perspicacem esse id scio:
 Sed hic adjutor meus, et monitor, et præmonstrator Chremes
 Hoc mihi præstat: in me quidvis harum rerum convenit,
 Quæ sunt dicta in stultum: caudex, stipes, asinus, plumbeus.

Ego scio, bien sé yo que no soy tan astuto, ni tan avisado, tan sabihondo, ni tan hábil que me pierda de vista. (*Toda esta gracia tiene esta ironia.*) Pero este Cremes, mi compinche, consejero y maestro, me excede en esto: á mí me cuadra cualquiera de las cosas que se dicen á un necio: tronco, leño, bestia, majadero; mas á él nada de esto se le puede apropiari, porque, etc.

Ego me non, Menedemo informa á Cremes de lo que ha pasado, y este conoce que su hijo está amistado y mal entretenido.

In illum nihil potest; nam exsuperat ejus stultitia hæc omnia.
C. Ohe! jam desine deos, uxor, gratulando obtundere,
 Tuam esse inventam gnatam: nisi illos ex tuo ingenio judicas,
 Ut nihil credas intelligere, nisi idem dictum est centies:
 Sed quid interim illic jamdudum gnatus cessat cum Syro?
M. Quos ais homines, Chreme, cessare? *C.* Hem! Menedeme,
 advenis?
 Dic mihi, Cliniaë quæ dixi nuntiastin'? *M.* Omnia.
C. Quid ait? *M.* Gaudere adeò accepit, quasi qui cupiunt nuptias.
C. Ha! ha! he! *M.* Quid risisti? *C.* Servi venire in mentem Syri
 Calliditates. *M.* Itane? *C.* Voltus quoque hominum fingit scem.
M. Gnatus quod se assimilatur lætum, id dicis? *C.* Id. *M.* Idem istuc mihi
 Venit in mentem. *C.* Veterator! *M.* Magis, si magis noris,
 Ita rem esse. *C.* Ain' tu? *M.* Quin tu ausculta. *C.* Mane, hoc prius scire expeto
 Quid perdidisti; nam ubi desponsam nuntiasti filio,
 Continuò injecisse verba tibi Dromonem, scilicet,
 Sponsæ vestem, aurum, ancillas opus esse, argentum ut dares.
M. Non. *C.* Quid non? *M.* Non, inquam. *C.* Neque ipse gnatus?
M. Nihil prorsus, Chreme.
 Magis unum etiam instare, ut hodie conficerentur nuptiæ.
C. Mira narras: quid Syrus meus? ne is quidem quidquam?
M. Nihil.
C. Quamobrem? *M.* Nescio equidem. Sed te miror, qui aliã tam planè scias...
C. Derides? meritò mihi nunc ego succenseo.
 Quot res dedere, ubi nunc possem persentiscere,
 Nisi essem lapis? quæ vidi? væ misero mihi!
 At næ illud haud inultum, si vivo, ferent:

Jam desine, deja ya de cansar á los dioses con tanto darles gracias. *Cessat*, está detenido. *Itane?* ¿qué es posible? *Voltus fingit*, hasta los semblantes de los hombres remeda el malvado. *Veterator*, taimado; recocado en picardias. *Magis, si magis*, mas le tendrias por tal, si supieras bien el negocio. *Continuò injecisse*, que inmediatamente te habia dicho. *Magis unum*, antes bien daba prisa solamente. *Ne is quidem*, ¿ni este Siro pidió nada?...

CH. Satius est, quàm, te ipso herede, hæc possidere Bacchidem.

S. Disperii, scelestus quantas turbas concivi insciens!

CL. Emori cupio. *CH.* Prius, quæso, discis quid sit vivere:

Ubi scies, si displicebit vita, tum istoc utitor.

S. Here, licetne? *CH.* Loquere. *S.* At tutò? *CH.* Loquere.

S. Quæ ista est pravitas,

Quæve amentia, quod peccavi ego, id obesse huic? *CH.* Illicet:

Ne te admisce, nemo accusat, Syre, te: nec tu aram tibi

Nec precatorem pararis. *S.* Quid agis? *CH.* Nihil succenseo

Nec tibi, nec huic, nec vos est æquom, quod facio mihi.

S. Abiit, ac rogasse vellem. *CL.* Quid? *S.* Unde mihi peterem cibum:

Ita nos alienavit: tibi jam esse ad sororem intelligo.

CL. Adeon' rem rediisse, ut periculum etiam fame mihi sit, Syre?

S. Modò liceat vivere, spes est. *CL.* Quæ? *S.* Nos esurituros satis.

CL. Irrides in re tantà, neque me quidquam consilio adjuvas?

S. Imò et ibi nunc sum, et usque dudum id egi, dum loquitur pater.

Et quantum ego intelligere possum... *CL.* Quid? *S.* Non aberit longius.

CL. Quid id ergo? *S.* Sic est: non esse horum te arbitror.

CL. Quid istuc Syre?

Satin' sanus es? *S.* Ego dicam quod mi in mentem, tu dijudica.

Quantas turbas, qué zoriza he movido sin saberlo. *Tum istoc*, entonces acude á ese remedio. *Here, licetne?* señor, ¿ puedo hablar una palabrita? *Illicet*, quitateme allá. *Nec tu pararis*, no te busques refugio, ni llames rogadores. *Nec æquom*, id es *succensere*, ni es justo que vosotros reprendais lo que yo hago en provecho mio. *Ita alienavit*, tanto nos ha dejado por puertas. *Adeon' rem*, es posible que haya venido ya á tan grande mal. *Et usque dudum*, y denantes...

Nec tu aram, en Atenas habia un altar en medio de la plaza, dedicado á la Misericordia. A él se acogian todos los infelices para defenderse

de los poderosos, ó los que cometian delitos dignos de castigo. A esto alude Terencio.

Dum istis fuisti solus, dum nulla alia delectatio Quæ propior esset te, indulgebant, tibi dabant: nunc filia Postquam est inventa vera, inventa est causa, quâ te expellerent.

CL. Est verisimile. *S.* An tu ob peccatum hoc esse illum iratum putas?

CL. Non arbitror. *S.* Nunc aliud specta: matres omnes filiis In peccato adutrices, auxilio in paternâ injuriâ Solent esse: id non fit. *CL.* Verum dicis, quid ergo nunc faciam, Syre?

S. Suspicionem istam ex illis quære: rem profer palàm; Si non est verum, ad misericordiam ambos adduces citò: aut Scibus ejus sis. *CL.* Rectè suades, faciam. *S.* Sat rectè hoc mihi

In mentem venit: namque adolescens quàm minimâ in spe situs erit,

Tam facillimè patris pacem in leges conficiet suas.

Etiã haud scio anne uxorem ducat, ac Syro nil gratiæ.

Quid autem hoc? senex exit foras: ego fugio: adhuc quod factum est,

Miror non jussisse illico arripi me: ad Menedemum hinc pergam;

Eum precatorem mihi paro: seni nostro fidei nihil habeo.

Dum istis solus, mientras no tuvieron mas que á ti, mientras no tuvieron otro objeto de complacencia que les tocase mas de cerca, te regalaban, te daban... *Quam minimâ*, cuanta menos esperanza tuviere. *Patris pacem*, concluirá con las condiciones que quisiere las paces con su padre. *Ac Syro*, y no le darán las gracias á Siro.

SCENA III.

SOSTRATA. CREMES.

S. Profectò, nisi caves tu, homo, aliquid gnato conficies mali.

Profectò nisi. Sostrata reprende á Cremes, que quiere desheredar al hijo.

Idque adeò miror, quomodo tam ineptum quidquam tibi
In mentem venire, mi vir, potuerit.
CL. Pergin', mulier, odiosa esse? Nullamne ego
Rem unquam volui, quin tu in eà re mihi fueris adversatrix,
Sostrata?
At si rogem jam, quid est quod peccem, aut quamobrem
hoc faciam? nescias.
In quà re nunc tam confidenter restas, stulta? *S.* Ego nescio.
C. Imò scis, potiùs quàm quidem redeat ad integrum eadem
oratio.
S. Oh! iniquos es, qui me tacere de re tantà postules.
C. Non postulo: jam loquere: nihilominus ego hoc faciam
tamen.
S. Facies? *C.* Verum. *S.* Non vides, quantum mali ex eà re
excites?
Subditum se suspicatur. *C.* Subditum, ain' tu? *S.* Certè, in-
quam, mi vir.
C. Confitere tuum non esse. *S.* Ah! obsecro te, istuc inimicis
siet.
Egone confitear meum non esse filium, qui sit meus?
C. Quid metuis? Ne non, cùm velis, convincas illum esse
tuum?
S. Quòd filia est inventa? *C.* Non, sed quòd magis credendum
siet
Id, quod est consimilis moribus,
Convinces facilè ex te natum: nam tu' similis est probè;
Nam illi nihil vitii est relictum, quin id itidem sit tibi:
Tum præterea talem, nisi tu, nulla pareret filium.
Sed ipse egreditur, quàm severus! Rem cùm videas, censeas.

Tam ineptum, una tan gran simpleza. *Quid, id est, quo pacto*,
¿como? *Tam confidenter*, tan atrevidamente porfias. *Potiùs quàm*,
antes que volvamos de nuevo á la misma porfia. *Subditum se*, sos-
pecha que no es hijo verdadero, ó que es supuesto. *Ah! obsecro te*,
quitate allá por tu vida. *Istuc inimicis siet*, esto para quien mal
me quiera. *Quàm severus!* ¿qué mal gesto! quien lo vea pensarà
que es alguien.

SCENA IV.

CLITIPHO. SOSTRATA. CHREMES.

CL. Si unquam ullum fuit tempus, mater, cùm ego volupta-
ti tibi
Fuerim, dictus filius tuus tuà voluntate, obsecro,
Ejus ut memineris, atque inopis nunc te miserescat mei:
Quod peto, et volo, parenteis meos ut commonstres mihi.
S. Obsecro, mi gnate, ne istuc in animum inducas tuum,
Alienum esse te. *CL.* Sum? *S.* Miseram me, hoccine quæsisti
obsecro?
Ita mihi atque huic sis superstes, ut ex me atque hoc na-
tus es,
Et cave posthac, si me amas, unquam istuc verbum ex te
audiam.
CH. At ego, si me metuis, mores cave in te esse istos sentiam.
CL. Quos? *CH.* Si scire vis, ego dicam: gerro, iners, fraus,
helluo.
Ganeo, damnosus: crede, et nostrum te esse credito.
CL. Non sunt hæc jam parentis dicta. *CH.* Non si ex capite
sis meo
Natus: item ut aiunt Minervam esse ex Jove, eà causà magis
Patiar, Clitipho, flagitiis tuis me infamem fieri.
S. Di isthæc prohibeant. *CH.* Deos nescio: ego quod potero
enitar sedulo. [tri
Quæris id quod habes, parentes; quod abest, non quæris, pa-
Quomodo obsequare, et ut serves quod labore invenerit.
Non mihi per fallacias adducere ante oculos... pudet

Ita sis, así me alcances en dias á mí y á este Cremes. *Gerro*,
iners, vano, perezoso, engañador, tragou, rufian, perjudicial.
Di isthæc, no lo permitan los dioses. *Non mihi*, ¿no tuviese
empacho de traerme á Baquis con engaños delante de mis ojos?

Si unquam, Clitipho quiere saber
de sus padres si es hijo verdadero ó
supuesto: su padre le reprende, y
se ve al mismo tiempo la indulgen-
cia de las madres con los hijos, y la
severidad de los padres.

Non mihi, dice esto Cremes ocul-
tando la palabra *Bacchis*, por estar
presente Sostrata, madre de Clitipho,
por ser antigua ley entre los Roma-
nos: *Ne quis presentibus feminis
obscena verba faceret*.